



[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



1597.

1. Catalogus praelectionum, quae hoc tempore in Illustri Julii
academia, quae est Helmaestadii Saxonum, publice
proponuntur.

1^a Analdi, Cosparus: De cataractis.

2. Horstius, Jacobus: De viris tuis non bonum et criti-
cis diebus, mensibus et annis ex eis.

3. Liddelius, Tuncanus: De temperamentis.

4^a et 5^a Sigfridus, Francus: De partibus humani corporis
dissimilantibus, easque differentias in genere.

1598.

1. Borcholten, Statius: Propositiones de jure dotium
ex utroq. jure conscriptae

2. Vasyrodus, Fridorius: De mora.

3. In desherzog, Tilemannus: De testamentis ordinandis

1600.

Crauius, Henricus Andreas: Conclusiones iuridicae
materiam successionis legitimae, sive quae ab intestato
defertur, una cum discrepantia juris feudalis a civili.
li, complectentes.

1601.

1. Bartherus, Johannes: De pignoribus et hypothecis
2. Crauius, Henricus Andreas: De mandato et societate

1602.

1. Burcholt, Statius: De jure emphyteutico, materia et
complexissima, ita in foro frequentissimum.
2. Forsterus, Valentinus Guilielmus: De tutelis
3. Forsterus, Valentinus Guilielmus: De divisione rerum,
et earum acquirendi dominii

1604.

1. Crauius, Henricus Andreas: De acquirendo rerum
dominio.
2. Crauius, Henricus Andreas: Disputatio iuridica

materiam successiois, quae ab intestato deferitur,
una cum discrepantia juris feudalis a civili Complec-
tens.

3. Mascovius, Christianus: De tutelis et cura.

1665

1. Barterus, Joannes: De utilissima et frequentissima,
ex jure feudali resumpta, investiturarum materia.

2. Barterus, Joannes: De privatis delictis et
quasi delictis.

1666.

1. Barterus, Joannes: De legatis et fidei commissis

2. Barterus, Joannes: De heredis substitutionibus

1667.

1. Barterus, Joannes: De concessione feudali, sive
modo acquirendi feudi per successionem.

1607.

2. Blanckenaget, Albertus: De nuptiis
3. Crauius, Henricus Andreas: Selectarum et maxime illustrium juris controversiarum quaestionum Disputatio prima.
4. Crauius, Henricus Andreas: Illustrum et selectarum juris controversiarum quaestionum Disputatio secunda.

1608.

1. Adamius, Theodorus: De emptione venditione
2. Baarterus, Johannes: De rebus, quae in personam dari possunt
3. Crauius, Henricus Andreas: Illustrum et selectarum juris & controversiarum quaestionum Disputatio Tertia
4. Crauius, Henricus Andreas: Illustrum et selectarum juris controversiarum quaestionum Disputatio septima.

5. Cassius, Huricus Audeus: Illustrum et selectarum
juris controversarum questionum Disputatio quinta.

6. Cassius, Huricus Audeus: Disputatio decima ex
libro IX Dig. desumpta.

7. Hartmannus, Huricus Inertus: De jure tutelaram

1609.

Bartholomaeus, Johannes: De judiciis feudales

1610.

Paricorius, Franciscus: De phthisi.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]








1597

1



CATALOGVS
 PRÆLECTIO-
 NVM, QVAE HOC TEM-
 PORE IN ILLVSTRI IVLIA
 academia, quæ est Helmaſtadij
 Saxonum, publicè pro-
 ponuntur.



HELMAESTADII
 Excudebat Iacobus Lucius, Anno
 M. D. XCVII.

31



PRORECTOR ACADEMIAE IULIAE
HENRICVS MEIBOMIVS, POETA
Caesarius, Historiarum & Poeseos
professor.

ET voluere benè mereri de genere mortalium prisci heroës, nec melius potuere, nec præclarius, quàm quod pace, passim gentium constituta, condidère academias quæ vniuersitates deinceps appellatae fuerunt, quòd nulla esset liberalis doctrina, ad expoliendos animos & colendos humanos coetus necessaria, quæ ibi non dextrè explicaretur. Sunt enim officinae sine fontes virtutis & veritatis, & salutis omnium tum priuatim, tum publicè. Etenim hæc ex illis ita maximam partem pendet, vt si quibus omnium cæterarum rerum copia sit, illarum autem penuria, eos esse in perpetuum miseros necesse sit: quod plarisq; gentibus barbaris vsu venisse, & hodie vsu venire compertum habemus. A Carolo magno in hunc diem eius curæ multa exempla & illustria Germania quoq; edidit. Nouissimè autem omnium academiam Iuliam condidit Illmus dux Iulius, & eius curæ partem viuens dedit, & decedens omnem reliquit filio duci Henrico Iulio: quam vt regiè gerat vberrimè à nobis alibi prædicabitur. Nec enim laboribus, nec sumptui parcat, vt hoc diuinum opus minimè vulgarem in modum perficiatur: & hoc acrius, quòd ipse omni liberali doctrina ab incunabulis expolitus, sapientiæ studia intelligit, & ea non solum vt potens & magnificus, sed etiam vt princeps sapiens bono consilio dirigit. Quo magis nos professores, quibus ille iuuentutem bonis moribus & omni genere disciplinarum erudiendos credidit, ad huius naucleri & gubernatoris Argus Iuliae voluntatem comparare debemus, neque quidquam omittere, quod cuiusq; nostrum officij es-

cij esse intelligatur: quin id ipsum sedulo singuli agimus. Primum enim procuramus, vt quantum fieri potest, ea disciplina in iuuentute nostra floreat, quæ cultoribus litterarum conuenit: in qua re quantum proficiamus, res loquitur. Conamur certè, vt modestiæ omnes studeant; & hac comite siue duce, ad cæteras virtutes & earum principem pietatem accedant: ac plæriq; nobis in hoc dicto audientes sunt, in academica tamen libertate; cuius ea tamen conditio est, vt à virtute declinare neminem patiatur. Alterum est, qua gratia cœtus scholastici potissimum celebrari existimantur, de omni genere doctrinarum, quas tùm publicè tùm priuatim tradi oportet. Prouisum, vt veræ perfectæq; sint, & inter se consentientes: deinde vt accommodatæ omne genus auditoribus: quarum publicas esse lectissimas conuenit. Quo in genere lectiones huius anni non ostentamus, sed ostendimus in hac tabula, quæ quisque nostrum publicè doceat. Id enim nos facere leges iubent, non solum, vt nostri auditores, quid expectent, nouerint, sed & longinqui videant, operæ preciumne facturi sint, si ad academiam Iuliam, aut ipsi veniant, quorum is est profectus, aut suos mittant bonis moribus & multiplici verâ doctrina imbuendos. Helmæstadij. cIo. Io. IIIC.

THEOLOGI.

DANIEL HOFMAN D. post festum Paschatis, Christo iuvante diebus Lune, Martis, Iouis & Veneris in refutando Bellarmino perget, in cuius Tomo 3. cont. gen. 2. lib. 4. cap. XI. substitit, nunc autem explicationem passionis Dominicæ continuat.

Diebus Dominicis & alijs sacris ferijs, vel Catechesin vel textum aliquem sacrum festo accommodatum exponet.

IOHANNES HEDERICVS D. spacio trimestri, eas quæ restant Domini nostri IESV CHRISTI $\pi\epsilon\acute{\alpha}\xi\epsilon\iota\varsigma$, ex S. Evangelio secundum Iohannem, diebus destinatis hora quarta absoluet.

In posterum verò ad subsequentes Apostolorum $\pi\epsilon\acute{\alpha}\xi\epsilon\iota\varsigma$, quarum Spiritus sanctus est autor, & quæ salutarem planèq; mirandum omnium precedentium demonstrant fructum accedet, eademq; methodo in illis $\sigma\omega\tau\acute{o}\mu\omega\varsigma$ explicandis utetur, quam hætenus de præscripto statutorum Academicorum, in tractatione sacrorum Evangeliorum observavit.

HENRICVS BOETHIVS L. diebus Lune & Martis horâ septimâ matutinâ synopsis doctrinæ Christianæ tradit: Diebus verò Iouis & Veneris horâ eâdem pleniorum locorum Theologicorum enarrationem continuabit.

M. LAVRENTIVS SCHEVRLE Pastor & generalis Superintendentens perget in explicatione Minorum prophetarum, & post absolutam enarrationem Michæ, progredietur ad Nahum.

M. CASPARVS PFAFFRADIUS secundam Epistolæ Pauli ad Romanos partem, quæ est de iustificatione, iusta enarratione, adhibitâ analysi logicâ, DEO iuvante, explicabit, & quæ restant in doctrina de naturali conscientie iudicio Methodica, absoluet.

IURISCONSULTI.

VALENTINVS FORSTERS Ictus Senior & ordinarius, hætenus triplici ferè docendi genere usus est: partim enim $\pi\alpha\epsilon\gamma\phi\epsilon\alpha\sigma\iota\kappa\omega\varsigma$,

επιμῶς partim ἀναλυτικῶς singulas leges in axiomata certa resoluen-
do. Denique κατὰ μέθοδον per multos annos iura docuit: Nunc verò
quia singule etates semper noui aliquid pariunt: & vetusta contemni,
noua magnifieri solent, maturo grauiq; consilio constituit præcipuas
& usu quotidianas materias summam percurrere. Quæ autem in
ijs mote sunt controuersie, quarum exactam disquisitionem ceteri
omiserunt, ad incudem reuocare, & disputando in contrarias partes,
quæ magis iuri consentanea sit, ostendere. Initium igitur factururus
est à M O R A: deinde eius quod INTEREST explicatione, in qua
grauissimæ incidunt controuersie in dissentientes opiniones distra-
ctæ ac scissæ. Singulis etiam mensibus recitationem habiturus est,
de antiquo iure Romano.

ANDREAS CLVDIVS D. Codicis Professor, insignem
& difficultatibus plenum de Condiçione indebiti Titulum, ordine
id exigente, explicat, legesq; Digestorum cum legibus Codicis con-
iungit, & vnamquamq; loco competenti dilucidè interpretatur. Ex-
positis autem prius alijs nonnullis legibus, explicationem celebris &
satis notæ legis Frater à fratre, ff. tit. iam dicto inchoabit, & deinde
quibus ex causis indebiti condiçtio non competat, subijciet horâ nonâ
matutina.

EBERHARDVS SPECKHAN I.V.D. & Decretalium
Professor, utilissimas & in usu forensi frequentissimas Iuris Canonici
materias, de iure Parochiali: iure Patronatus Ecclesiastici: beneficijs
& præbendis Ecclesiasticis, præscriptionibus: Sponsalibus & Nuptijs,
facili & perspicuâ methodo ex utroque Iure concinnatas & paucis
conclusionibus circumscriptas ordine τῶ θεῶ, explanabit. Quibus
Iuris Romani, Cesarei & Pontificij τῶ Ἰω, secundum eius volumi-
na, partes, libros, & titulos, accuratè distinctam, ad maiorem rerum
& materiarum omnium intelligentiam, & memorie subsidium
promptissimum & presentissimum, adiunget.

FRIDERICVS DASTPODIUS D. absolutâ interpreta-
tione textuum, qui de iure ad crescendi & transmissione Heredita-

rum ac Legatorum in legibus sparsim inueniuntur, aut explicatio-
nem iuris Feudistici, aut elegantis & vtilis materiae Pandectarum
auspicabitur.

ALBERTVS CLAMPIVS I.V. D. docet Tit ff. de V.
sign.

STATIVS BORCHOLTEN I.V. D. materiam obligatio-
num in lib. 3. & 4. Instit. Imperial. contentam explicabit.

IOHANNES BARTERVS cum parte lib. 2. etiam lib. 3
Instit. & in his textum praecipue exponet,

MEDICI.

IACOBVS HORSTIVS D. ordinarius & senior Faculta-
tis medicae, praeter priuatas & praelectiones & exercitia publice pre-
leget hora 8. matutina praeticam Hippocratis, quae est in libro eius
περι πρῶτων.

Franciscus Parcouius D. explicationem prognosticorum Hippo-
cratis, quam incepit, continuabit.

CASPAR ARNOLDI D. Collegij Medici pro tempore De-
canus, physiologices Professor, doctrinam de Temperamentis etiam-
num tradit, cuius ordinem & docendi modum ex Galeni περὶ κρῶ-
σεων tripartito commentario adminiculatur. inde ad reliquas Na-
turalium rerum, quas vocant, docendo ac disputando progressurus
hor. 9. antemeridianâ, & hijs velut operâ subsiciuâ breui coniun-
cturus Philosophiae Naturalis acroases problematicas.

IOHANNES SIGFRIDVS D. perget in libro de Anima
in historia Anatomica partium humani corporis, quae in thorace &
capite continentur, quae unâ cum tractatu de humoribus & spiritibus
absoluta, progredietur ad nobiliss. & vtiliss. doctrinam de potentijs
anime. Explicabit quoq; tertium librum Dioscoridis horâ sextâ
matutinâ.

PHILO-

PHILOSOPHI.

IOANNES CASELIVS interpretatur sextum ethicorum Aristotelis, quem ubi absoluerit ad interpretationem eiusdem Philosophi *ἠθικῶν* se conuertet.

THEODORVS ADAMIVS IV.D. partitiones Oratorias M. Tullij explicat, cum ijs ex breui interuallo, quàm primùm è re auditorum fuerit, vnus & alterius Orationum Demosthenearum & Tullianarum interpretationem coniunget.

DVNCANVS LIDDELIVS Medicinæ & Philosophiæ Doctor absoluet secundum & tertium librum Pomponij Mele vna cum historia & descriptione regionum secundum recentiores, quibus absolutis aggredietur *Quadrupartitum* Ptolemei & *Tabulas Directionum*.

M. OVENVS GVNTHERVS quartum librum Aristotelis *ἠθικῶν* cum sequentibus enarrabit, refutatis ibidem occurrentibus nugis Rami.

M. SIMONI MENCIO *Quedlingæp.* sicut gemine tradite sunt auctoritate publica in docendo partes: ita quotidie per duas horas ordinarias incumbunt labores academici.

I. In mathematicis disciplinis hora 8. antemeridiana, post absolutam nuper de primo motu doctrinam sphericam, tradit nunc quatuor diebus ordinarijs rationem geometricè inuestigandi insigniorum urbium, insularum & regionum intercapedines ex tabulis sinuum rectorum siue semichordarum: quâ similiter finitâ, Deo iuante, reuertetur hac æstate ad arithmeticen *Gemma Frisij*.

II. Ex classicis Latinorum autoribus hora 1. postmeridiana, vno quidem biduo interpretatur Plauti *Aululariam*, pertexit interim quoq; festorum immobilium seu fixorum dialogos Euangelicos: altero verò biduo domi suæ corrigat tyronibus scripta, vel de Germanico Latine conuersa vel de nuda dispositione in formam declamationis rethoricæ redacta: & Lunæ quidem diebus profam, Veneris carmen.

HENRICVS MEIBOMIVS Poeta Casarius, enarrabit ar-

tem

tem Poeticam Horatij Flacci. Cumq; ad historiã Germanicam se accin-
gat, initium facturus est à Cornelij Taciti Germania, in qua patria no-
stra ultima antiquitates ab homine Romano luculenter proponuntur.

M. VALENTINVS SCHINDELERVS, in quorum explicatione
iam versatur, Grammaticam suam Hebraeam, & huic adiuncta capi-
ta Geneseos quatuor priora absoluet. Postea proponet Grammaticam
Chaldaicam Merceri & Librum Iobi.

SALOMON FRENCELIVS secundum librum Ethices
eo explicabit diligentius, Deo benè iuvante, quò diutius præteritã æ-
state per negocia publica, quorum causã ablegatus fuit, operas schola-
sticas suspendere necesse habuit.

M. ANDREAS GRYPHENIVS primam orationem Isocratis di-
sertissimi oratoris græci iam explicat, illã absolutã inchoabit sequen-
tem, quæ inscribitur λόγος συμβουλευτικὸς πρὸς βασιλείαν.

M. CORNELIVS MARTINI absoluet quartum librum
Dialectices Philippi, unã cum refutatione eorum, quæ à Ramo non re-
ctè hic traduntur. Deinde ad initium redibit, & ex Aristotele eiusq;
interpretibus eam explicabit.

F I N I S.



ULB Halle

3

003 913 791



Sb.

107







1597

1

